Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



et: quo referenda: & quēadm sibi uita degenda sit. cuius scientiae sum
mam circumscribo breuiter: ut neq; religio ulla. sine sapientia suscipien
da sit. nec ulla sine religione probanda sapientia:—

.II.

Democritus

Prouidentia rerum gubernatrix.

Suscepto igitur illustrandae ueritatis officio: non putaui a deo
necessarium ab illa questione principium sumere: que uide
tur prima esse natura: sit ne prouidentia. que rebus omnibus
psulat: an fortuitu. uel facta sint omnia uel gerantur. Cuius sine auc
tor est Democritus. confirmator Epicurus. Sed & antea Protagoras: qui
deos in dubium uocauit. & postea Diagoras. qui exclusit. & alij nō nulli.
qui non putauerunt deos esse: quid aliud effecerunt. nisi. ut nulla es
se prouidentia putaretur. Quos tamen caeteri phi ac maxime stoici ac
rime retulerunt docentes nec fieri mundū sine diuina ratione potuisse.
nec constare: nisi summa ratione regeretur. Sed & M. Tullius quis acade
micae disciplinae defensor esset: de prouidentia gubnatrice rerū: & mul
ta & saepe disserunt stoicorum argumenta confirmans. & noua ipse as
serens plurima. quod facit. cum in omnibus phie suae libris. tunc max
ime in his. qui sunt de natura deorum. Nec difficile sane fuit paucorum
hominum praua sententiū redarguere mendatia testimonio phorum
atq; gentium in hac una re dissedentium. Nemo est N tam rudis. tam
feris moribus. qui non oculos suos in caelum tollens. tamē & si nesciat.
cuius dei prouidentia regatur. hoc omne quod cernitur. aliquam tamen
esse intelligit ex ipsa rerum magnitudine. motu. dispositione. constanti
a. utilitate. pulcritudine. temperatione. nec posse fieri: qui id. quod mira
bili ratione constat. consilio maiore aliquo sit instructum:—

.III.

Et nobis utiq; facillimum est exequi hanc partem quamlibet co
piose. Sed quia multum inter phos agitata res est. & prouiden
tiam tollentibus satis rnsum uidetur. ab hominibus argutis &
eloquentibus. & de solertia diuinae prouidentiae per totū hoc opus. quod
suscepimus. sparsim dicere nos necce est. omittamus in pnti hanc sonem.
quae cum caeteris sic coheret. & nihil a nobis uideatur disseri posse. ut nō sil
de prouidentia disseratur. Sit ergo nostri operis exordium questio illa conseqs
ac secunda. utrum ptate unius dei mūdus regatur an multorum. Nemo
est qui sapiat. rationemq; secum putet: qui non unū esse intelligat. qui &
condiderit omnia. & eadem qua condidit. uirtute moderetur. Quid
N. multis opus est ad mūdi regionem sustinendū. Nisi forte arbitramur:
si plures sint minus habere singulos numeroꝝ atq; uiriū. quod quidem
faciunt hi: qui multos esse uolunt. Quia necesse est imbecilles esse. siqdē

neruorū